Pantaleo a Forriente

18

N-72

Senes juvenibus magna ex parte agrotant minus

87-2-A = nº 16

Ca 4090 (10)

UNIVERSIDAD COMPLUTENSE
5320174040

87-2-A=N-16

Bibl. Colegio de S. Carlos

Senes juvenibus magna ex parte ægrotant minus. Qui vero morbis ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. (Hipocrates Afor. XXXIX sectioni secunda)

Ecce, domini, una ex maximis observationibus, quæ in Hipocratis Aforismis inveniuntur, et sola ex se sufficeret ad nobis fideliter ostendendum immensam capacitatem perspicuam illius hominis. Hæc observatio similis multis alteris sua in exactitudine, differtur, absque dubio, ob magna objecta quæ includit: non ad morbum præcipuum, nec ad ideam terapeuticam specialem tendit, nihil amplius explicat, quam viam fisiologo-patologicam magnum organismi in ætatibus signatissimis eternitati suæ, idest, juventutem et vetustatem. Sed ex ipsa ratione, ut adeo generali sit, et non indicare plus quam multorum objectorum tendentiam, illius partis vitalis Medicinæ practicæ, exitus terapeuticos, maxime discrepat; et re vera, Domini, jam animadvertitur nullam notionem nostro-

logicam, nec terapeuticam enumerare de patologicis expositionibus ad quas refertur.

Sed tamen, ex observatione dumtaxat adeo digna, quam in hoc Aforismo nobis offert Senex a Coos, cognovimus oppositionem, quae inter juventutis patogeniam et senectutis invenitur; solum postea hac re cognita, repeto, et cum Medicus in se aliqua motione promovetur sciendi circumstantias ex quibus haec cognitio pendet, quia judicat inibi inveniendam esse viam ad illam patogeniam dirigendam, hoc est, in illis rebus noxologiam et terapeuticam juventutis senectutisque includi, quae est exitus omnium argumentorum Medicinae artis. Attamen hic labor omnes scientiae difficultates involvit, de rebus innumeris et parvis agit, stricte inter se colligatis faciunt saepe impossibilem disjunctionem ad suam influentiam individualem percipiendam: alia etiam difficultas major adest, scilicet, ut ex hoc curriculo immediate eveniant proventus terapeuticos, qui in sua admotione plus

quam eventus vitae vel morti dare non possunt.

Hac vere est via sequenda mihi in Aforismi expositione, et absque ulla mea locutione intelligitis quantum indigeo vestra benevolentia, ut incipiam, etiam mihi necesse est persuasum esse eorum indulgere, ut hac innitar, et vobis laborem ostendam, qui vestri ilustrationi non laedat.

Ad exponendam rationem adeo perspicuam, ut exactam hujus Aforismi, statim referam duas partes quas comprehendit, morborum frecuentiam in juventute, et periculum majus in senectute. „Senes juvenibus minus aegrotant, morbi vero ipsorum longi, et magna ex parte mortales." Loquar in posterum de his rationibus Aforismi.

Cum de minimis rebus agam, generalis vitae juvenis investigatio seni comparata nos magis ad cognitionem pertrait; in juvene videmus organismum magis magisque impulsum ad complementum omnium funtionum, omnes partes in eo convelluntur aviditate nutritionis, motus et actionis;

hic organismus cupidus est experiendi et vincendi omnium mundi agentium influentiam. Contrarium organismus ve tus nobis offert. Apparet senes habens per prolixitatem cadentiæ organicæ et funtionalis, de eo bene convictus, et fortasse doctus per dolorem vulnerum aceptorum etiam in teneris annis, non provocat jam influentias mundi agentium, quin immo se liberat ab his omnibus auxiliis ex experientia sua deductis.

Sed nondum pervenimus ad terminum demostrationis cujus est digna hæc pars, nisi cum analisim organicum funtionalemque vitæ juvenis et senis fecerimus. Tenestudine, humiditate et magna sensibilitate pellis juvenis, facillima est traspirationis supresio, unde plurimæ infirmitates nascuntur. Juste dicit Sidenhamus, hanc solam causam magis mortiferam omnibus causis mortorum esse; sed hæc est veritas ex qua Medici nova exempla quotidie accipere possumus; nihil frecuentius est in practica, cum nos causam quarumlibet

infirmitatum acutarum inquirere proponimus, quam videre ipsos ægrotos tribuere id causæ quæ traspirationem ipsorum suprimere debuit, exp. g. humiditati, potus frigidi ingestioni corpore sudante, vestibus nudatis ipso casu, vel aliis quæ eodem modo operantur.

Quoque modo se res habeat, febres, pectoris inflamationes, pellis eruptiones morbi frecuentissimi in practica, et multis in gradibus comunissimi præter cætera omnia, vitæ juventutis prædicare adeo anexa sunt, vel ut incomoma senectute.

Nihil interest hanc esse veritatem omnibus optime perspectam, ut etiam organizationi non sit conjuncta: ita pellis in sene arida et insensibilis perspicitur, textus recticularis dermis traspiratione et sensibilitate tactili evanuit: senes, qui obtullerunt ad evecundum illam eliminatoriam funtionem, reperiuntur constituti satis profunde, ut ab his influenciis traspirationem tan crebro suprimentibus, sint liberi. ¿ Mirum est

enim senem etate impeditum ab illis pelli funtionibus quæ tanta nervositate in juvene adstant, sit in tempore liber á commotionibus quibus obnoxia sunt, et abeventibus illius? Comprobavimus hinc paralelam proficuo propositioni secutæ, etiam in alii aparatibus inquisitione. Ita non minus apertum est, inter duas etates, discrimen organicum et funtionale, et consequenter patologicum quoad digestionis organa. Activitas vitali juvenis huic aparatum totaliter est tradita, et perveniendo ad virilem etatem, sua virtus longo tempore est firma. Multas amissiones, quas sua excitatio funtionali operat, et necesitas etiam augendi et vigoris in quo omnia organa sunt, non nisi per repositiones magnas assiduasq. proveniuntur. Nullus victus á paltato suo alienus, nulla sustantia actioni digestionis adversa: Cupiditas nutritionis omnia supest, et utilem reparationem super alimentis etiam distintivis probet; sed hæ difficultates non nisi vi faciendo organa

gastro-epatica superantur: hac de causa, statim signatur horum organorum preponderantia, et in ea situm est germen illarum febrium gastrico-biliosarum, illarum irritationum gastro-intestinalium cum suis circunstantibus, quæ juvenum adultorum dos sunt.

Non minus in juvene preponderat influentia funtionali et patologica aparatus cerebri et locomotoris. Omnes mundi actores ad influendum in juvene constituti aparent; omnia cum alterationi motione ei indicantur, et cum pertractionibus seductoribus suam magnam maniam commovent. Aparatus intelectuali, ut dominus organismi integri elevatus est, aparatus locomotori sua electrica celeritate ad serviendum voluntati impacienti satis non est, mens in sua tumultuosa agitatione perturbationem usque ad locum pacificum funtionum visceralium prote-refert; nihil quietum est sub suo imperio contumaci et

et versatili, et aliqua jelus minube remota tanta aber-
vatione conturbata statim ad se opprimendam pervenit.

Est cæterum ex erectione et turgescentia hac in ætate aparatus genitalij, unde suam vim omnes cupiditates sumunt, et unde omnes commotiones organismi juvenis ignem accipiunt. Prematuræ et superfluæ hujus aparatus consecutiones, sunt hac de re, quæ majorem numerum in catalogo dolentiarum juventuti communium faciunt.

Nihil simile expositionibus funtionalibus et morbosis, ~~in vita~~ quas jam diximus, in vita hominis senis invenitur. Digestivæ funtiones adeo diminutæ sunt, ut etiam in pelle magna ex parte activitas funtionalis dissipata; incrementum absolute conclusum, nutritioni necessitas objectum breviorem habet; Apetitus jam decisione non ostenditur, demonstrationes suæ serius quotidie animadvertuntur, circulus sustantiarum alibilium valde diminutus est, et electio stricta, cum digestioni organorum debilitate, dari scienter debet; hac de ratione digestiones absque alteratione transeunt, et genitum bonum per longum tempus preparant.

Aparatus cerebrali, et quæ ex eo pendent, diminutionem organicam et funtionalem equalitèr cæteris percipit. Sistema nervosum amisit illam succositatem et semifluidam teneritudinem, quæ suam impressionabilitatem in juventute tantum ~~agebat~~ augebat. Ille aparatus jam non est dominator turbulentus omnia evertens, quin immo nunc morum consuetudo eum facit satis acutum ad perspiciendum cupiditates, et ipsorum viciorum peccatorum incomoda. Sed, hoc in tempore, nullus aparatus tantum amisit ex suo pristino statu, velut genitalis. Erectiones raræ et debiles sunt, jam non est ignis illusionum et delitiæ amatoriæ penè evanuerunt in sene. Atqui aparatus quos nunc expendimus, adeo pernitiosi juveni sua actione magna, et

turbulenta, sunt senes, in suo origine descensionis, auxilia austeriori et securiori vitæ, ita ut, si lapsus non esset lex inexorabilis suæ ætatis fieret latior vita sua eterne ducta ex actionibus adeo circumspectis. De qua alteratione in juventute agemus, quæ in aparatus digesti voracitate, in exaltationi nervosi, in erotici mens genitalis, nitium plus minusve proximum nos sumpserit. Ipsi aparatus, respecto, fruuntur in illa ratione actionis, qui cum periculum non tradunt sed servant. Videtur mihi expositum satis esse ad veritatem primæ partis Aforismi comprovandam. Dabo operam secundæ, quæ ita est.—

"Senium infirmitates longæ, et magna ex parte mortales." Hæc est altera deductio +non minus aperta+ initiorum Fisiologo-patologicorum, quæ explanamus. Si organismus vetus per declivem viam cadentiæ organicæ et ~~funtionalis~~ descendit, ut diximus, est quia textus organicus durior et tenatior est factus, est etiam quia sistema sanguineum magnam partem illius contractilitatis impelentis amisit, quæ initio nutritiva usque ad terminos ipsos corporis superficiei abundanter nitebat, ut turgescentiam vitalem sustineret. Est denique, quia aparatus nervosus, qui tunc omnes actiones ligabat, tribuens unicuique impulsionem regularem, et bono communi acomodatam, ad quod tunc impresionabilitate utebatur, qua cum cognitum omnibus mundi actoribus faciebat, prabet se nunc tacitus stimulis, tardus suam influentiam tribuere. Cum hac organica dispositione, in qua omnia fenomena funtionalia inveniuntur, quomodo nisi æquatis retentis in patologicis motionibus spectari poterat? Et economia, in qua omnes conditiones organicas et funtionales magnam partem suæ virtutis amiserunt? Quid nisi signum penetrabilius +patologici+ motus poterant facere? Organizatio, quæ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ cum perturbata est

insensibili ostenditur; quantum contra non patitur magnæ structuræ læsiones, quas cum animadvertimus jam incurabiles sunt. Sed omnibus omissis, hoc est quartis, quæ quamvis dicta mania sint, facta, quæ quotidie videmus, affirmative probant.

Certus mihi sunt Domini, hujus propositionis explanationem non laboravisse, omnibus illis rationibus, cum omni vi doctrinæ, quam vos possitis mihi suggessisse, sed credite pro certo, fecisse quantum situm est in me, ut legam coram vobis orationem hujus rei solemni dignam.

Dixi.

Colegio ... Biblioteca

Pantaleo á Torriente